GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, um 1200 Seite 66v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



flagellatum uiderunt. recte eiusdem
sci uiri uoce de iniquorum flore et perditi
one ostensum est. quia presentis uite
prosperitas innocentie testis non est. quia
multi ad perennem uitam per flagella re
deunt. et plerique ad eterna supplicia
perducendi sine flagello moriuntur. De
quibus adhuc subditur. Qui dixerunt deo re
cede a nobis. Hec uerbis dicere uel stulti
minime presumunt. sed tamen peruersi ho
mines deo recede non uerbis sed moribus
dicunt. Qui enim illa agunt que deus fa
cere prohibet. quid aliud agunt quam suum
animum contra omnipotentem clau
dunt. Sicut enim eius precepta cogitare
eum ad se introducere est. ita eius man
datis obsistere eum a cordis inhabitatione
repellere est. Dicunt ergo recede a nobis qui
ei ad se aditum prebere recusant. eum
que prauis actibus impugnant. etiam si uer
bis laudare uideantur. Dicunt etiam
scientiam uiarum tuarum nolumus. eo
ipso quo eius scientiam apprehendere
contempnunt. Sunt namque nonnulli
qui ex eo quod ueritas dicit. seruus qui non
cognouit uoluntatem domini sui. et non fe
cit digna plagis uappulabit paucis. et
seruus sciens uoluntatem domini sui et
non faciens iuxta eam uappulabit mul
tis. nolunt scire quid faciant. et quasi minus
se uappulaturos existimant. si nescia
quod operari debuerant. Sed aliud est nescisse.
aliud scire noluisse. Nescit namque qui
apprehendere uult et non ualet. Qui autem

ut nesciat aurem suam a uoce uerita
tis auertit. iste non nesciens sed contemp
tor addicitur. Uia autem dei pax. uia dei
humilitas. uia dei patientia. Sed quia hec
omnia iniqui despiciunt. dicunt sci
entiam uiarum tuarum nolumus. Dum enim
in presenti uita superbiunt. dum honoribus
inflantur. dum etiam si non habent appe
tunt. uias dei in sua cogitatione contemp
nunt. Quia enim uia dei in hac uita hu
militas fuit. ipse hic dominus deus ac redemp
tor noster ad contumelias. ad passionem ue
nit. et aduersa huius mundi equanimi
ter pertulit. prospera fortiter uitauit. ut
et prospera doceret eterne uite appeti. et
aduersa presentis uite non formidari.
Sed quia iniqui gloriam uite presentis appe
tunt. ignominiam refugiunt. dicere
memorantur. scientiam uiarum tuarum
nolumus. Scire quippe nolunt. quod face
re contempnunt. Quorum adhuc uerba
subduntur. cum dicitur. Quid est omnipotens ut ser
uiamus ei. Mens enim hominis male ex
teriusfusa. sic in rebus corporeis est spar
sa. ut neque ad semetipsam intus redeat.
neque eum qui est inuisibilis cogitare suf
ficiat. Unde carnales uiri spiritualia
contempnentes. dicunt quia corporaliter
non uident. quandoque ad hoc perueniunt.
ut etiam non esse suspicentur. Unde
scriptum est. Dixit insipiens in corde
suo. non est deus. Unde nunc quoque dicitur. Quid
est omnipotens ut seruiamus ei. Plerumque enim
plus appetunt homines seruire homi